



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

VIII. Septembris. S. Corbinianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S CORBINIANVS in Melitonensi agro natus, pietatis studio apud Gallos floruit. Monasterium ad S. Germani Ecclesiam condiderat, vbi cum annos XIV. vixisset, crebrescente sanctimonie famâ, quotidianis omnium ordinum adibat concursibus. Offensus eâ re, Romam abit, solum aliquem ad D. Petri basilicam angulum à Pontifice impetraturus, quo vni Deo vacaret. Verùm Gregorius Pont. promotum per sacrorum ordinum gradus, Episcopum creat, additâ sacrâ benedictione, quâ exercendæ dignitatis vbicumq; terrarum fieret potestas. Eam ita gessit, vt priorem sanctimonie opinionem miracula diuinitus edita exaugerent. Boiorum etiam ruditatem miserans, verbâ de rebus diuinis sæpe vtiliter in publico fecit. Aliquando nox euntem inter aspera alpium in campis ad siluam, Breonum oppresserat, cum equum clitellarium, incustoditum ab vrsu raptum dilaniari contigit; tum CORBINIANVM sarcinam quæ prius iumentum fuerat, vrsu imponi iussisse ferunt, paruisse beluam, syluestri ingenio deposito, vicariâ operâ toto reliquo itinere functam. Grimoldum Boiorum ducem, qui Pilitrudem relictam Theodibaldi fratris, iustæ coniugis loco domi haberet, ad penitentiam facti deduxit, ab eoq; Ecclesiam S. Mariæ Virginis Frisingæ, quo Episcopo sedes destinata, cum amantissimo terrarum tractu, accepit. Tandem cum mortem ex propinquo imminere, animo præsensisset, lotus rasusq; sacram vestem induit, sacrificium offert, & mysteriis perceptis, domum redit vbi cum vinum poposcisset, vix gustato, fronteq; cruce signatâ, extremum spiritum, nullâ cum doloris significatione reddidit. Funus à ministris Frisingæ ad D. MARIÆ curatum. Post dies triginta corpus exhumatum, integrum repertum est, per omnia suauiter dormienti, quàm mortuo similis: moto calidus de naribus sanguis fluxit. Accessere alia tum in itinere, tum Maiis miracula. Vt ad S. Valentini humatus, triduo post intemptâ nocte in eâ ipsâ Ecclesiâ visâ candidissima funalia tanto splendore exarscere, vt diem vincere crederentur, & iucundissimus odor fufus est.

Obiit. VIII. Sept. A. C. DCCXXX. *Ex vitâ S. Corbiniani & Vels. rer. hist. lib. 4.*

S. COR-

M. 1753. IIIV



S. CORBINIANVS. EPISC. FRIS. ORD. S. BEN.
Immanem uerbis usum parere Cœgit.
Ei graue ferro sibi CORBINIANVS onus.

*Handing
 of the
 Bened
 III
 S*

Gal-
 cum,
 m or-
 em ad
 rec.
 opum
 arum
 cula.
 dere.
 aspera
 rium.
 ferci-
 n, syl-
 rimo.
 e con-
 am S.
 o ter-
 nimo
 myste-
 nteq;
 didi.
 corpus
 quam
 um in
 tem-
 exar-
 t.

OR.

OMIT.2

e

X SEP